SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal
San Gemini Preservation Studies
e Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

Archivio Storico
Comune di San Gemini – TR

D.1
Trascrizione 2r

C
62/2

Copia di una Bolla di Urbano quinto a favore de' Sangeminesi, il
di cui originale esiste nell' Archivio Segreto di S. Fortunato di
Todi, ed è in data l'Anno 1368.

Urbanus Epus Servus Servorum Dei Dilectis filijs Guillelmo de Grise-
vo Domicello aximiaten Dioc: Vicario nec non Prioribus Civitatis
Tud: nostris, et Ecclesie Romane salutem et Apostol: benediction:
Pro parte dilectorum Filiorum Communis Cri nri Sci Gemini fuit
nobis expositum cum querela quod nuper eis per vestras litteras
iniunxistis quod unum Palium, et unum Equum faleratum seu
coopertum de scarleto presentari per eos, ut dicitis, debitum annis sin-
gulis in festo B. Fortunati, ac alia Palia, et Equos similiter
faleratos si preteritis temporibus in presentatione hujusmodi
defecissent in die precedenti dictum Festum in Platea Civita-
tis Tudertine more solito debeant infallibiliter presentare:
quod nisi implere procurent minati fuistis eis facere novita-
tem: Sup quibus prefati Communes reputantes se gravari in-
debite et injuste, ac offerentes se stare justitie, ad nostrum
refugium recurrerunt. Nos igitur intendentes super hoc justi-
tiam etiam summariam, si illam prosequi volueritis mini-
strare fidelitati vestre districte precipiendo mandamus, qua-
tenus contra prefatos Commune pretextu presentationis hu-
jusmodi per eos alias non facere, seu non faciende in hujusmodi Fe-
sto proxime futuro nihil penitus attemptare eis, nec per alios
attemptari quomodolibet presumatis, sed justitiam nostram
cum volueritis prosequamini coram nobis. Dat: apud Mon-
temflasconem Balneoregien: Dioec: VII: Kal: Julij Pontifica-
tus nri Anno sexto. - - P. de Romanis.

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di San Gemini, TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di San Gemini, TR